



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Therothermae, siue Aqvae  
Ferinae**

**Reusner, Nikolaus**

**Lavingae, 1581**

**VD16 R 1499**

XLVI. Ad Danielem Principium Caes. Consil.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12416**

LVCET ET DV RAT magis. o beatum,  
*Septum robore veritatis vno*

XLIII.

D. Ernesto Friderico  
Marchioni Caroloburgio.

*Sustinet hinc, constans sibi quisquis, & abstinet  
Ac medium semper sic tenet: ille sapit.*

XLIV.

Ad D. Othonem Henricum  
Com. Pal. Rheni.

*Summa petit semper pius, ac terrena relinquit  
Summi qui flagrat cognitione boni.  
Namque bonum summum Dcus est: at summa pe  
Sola fides summū præstat vbiq; bonum.*

XLV.

Eitelio à VVildungen EQ  
& Mag. Aulico Caroloburgio.

*Ille sat est diues, non qui vim possidet auri:  
Sed quisquis prudens imperat ipse sibi.*

XLVI.

Ad Danielelem Princium  
Cæs. Consil.

*Sensibus vt brutum pecus hîc, ac corpore viuât  
Sic animo viuât, menteq; solus homo.*

*Sed mens ut vivat sibi jugiter enthea, PRINCI:  
Sensibus à brutis hanc revocare decet.  
Qui facit hoc, miser esse nequit. ter maximus Her-  
Sic docet, & nota cognitus arte Plato. (mes*

XLVII.

D. Ernesto Comiti Eccio.

*Qui se fortuna credit, sine numine, cæca:  
Amplius haud homo, sed bellua caeca manet.*

XLIX.

De Erasmo Roterodamo,

& Hadriano Iunio Batauis.

*Quantus magnus Erasmus ille quondam  
Doctrinæ pater elegantioris:  
Tantus IVLIUS HADRIANVS ille,  
Quem mors abstulit heu nimis maligna,  
Omni laude fuit scientiarum.  
Rhetor quippe bonus, pœta doctus,  
Expertus medicus, Sophus disertus,  
Scriptor historiæ fuit peritus:  
Quod victurus in omne semper ævum  
Auctoris genius docet librorum.  
I nunc, improbe Martialis, atque  
Aurem carmine vellica Batauam.*

XLIX.

Hadriani Iunij Med.

Epitaphium,

B S IV-